

Probus v. c.², | quaestor candidatus, filii, | munus singulari religioni | debitum
dedicarunt.

Romae (VI 1733 vidit Henzen; 1732 vidit Bormann). — Hi tituli positi sunt aliquantum post mortem Probi, nam Probus ad consulatum filiorum suorum (not. 1) non advixit. — 1) Olybrius et Probinus, Probi filii, consules ordinarii fuerunt a. 395. — 2) Tertius filius Probi, qui postea consul ordinarius fuit a. 406.

1269 Consimiles fratrum trabeis gestamina honorum
tertia, quae derant, addidimus titulis.

Dilectae Probus haec persolvo munera matri
restituens status praemia quae dederat.

Aniciae Faltoniae | Probac¹, Amnios Pincios² | Aniciosque decoranti, |
consulis uxori, | consulis filiae, | consulum matri, | Anicius Probinus v. c. |
consul ordinarius | et Anicius Probus v. c. | quaestor candidatus | filii
devincti | maternis meritis | dedicarunt.

*Romae (VI 1754 saepius descripta saec. XVI; nunc pars est Lugduni Bata-
vorum). Titulus positus est ab eisdem hominibus et eodem tempore quo N. 1268,
inter annos 395 et 406; versus supra titulum primarium additi sunt a. 406, cum
etiam Probus iunior ad consulatum ordinarium pervenisset. — 1) Uxor Probi eius
cui positi sunt tituli N. 1265—8. Eidem mulieri positus est a filio natu maximo et
eius uxore, id est ab eisdem qui posuerunt N. 1267, titulus VI 1753. — 2) Gens
Pincia alibi non memoratur. Ab aedibus huius gentis mons Pincius nomen videtur
traxisse (Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 269 not. 2).*

*Epitaphia Petronii Probi et uxoris reperta ad S. Petri edidit Henzen C. VI
p. 389 (cf. de Rossi inser. Chr. II, p. 348).*

1270 Q. Clodio Hermogeniano | Olybrio¹ v. c., fratri | admirandae
pietatis, | Faltonius Probus | Alypius v. c.²

*Romae (VI 1743 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Cf. N. 1271. — 2) Cf.
supra N. 785.*

1271 Tyrraniae Aniciae | Iulianae c. f., coniugi | Q. Clodi Hermo-
geniani | Olybri v. c., | consularis Campaniae¹, | proconsulis Africae², |
praefecti urbis³, | praef. praet. Illyrici, | praef. praet. Orientis, | consulis
ordinarii⁴, | Fl. Clodius Rufus v. p. | patronae perpetuae.

*Romae (VI 1744 vidit Henzen). — 1) Cf. X 6083. — 2) Proconsul Africae fuit
sub finem regni Constantii et sub Iuliano (VIII 4860. 5554 cf. Seeck Symm. p. XCVII).
— 3) A. 368—370 (cf. Seeck l. c.). — 4) A. 379 cum Ausonio.*

1272 Ragonio Vincentio Celso v. c., | a primo aetatis introitu in
actu | publico fideli exercitatione versato, | cuius primaevitas, officio sedis
urbanae | advocacionis exercito¹, fidem iunxit ingenio, | prudentiae miscuit
libertatem, ita ut nemo de | eius industria, nisi ille, contra quem susce-
perat, | formidaret; cuius accessus aetatis amplissimi | honoris et qui solet
seniorib. provenire, orna|menta promeruit: nam rexit annonariam potes-
tatem urbis aeternae² ea aequitate, ut inter omnes, | qui ad eum animo
litigantis intrassent, parentem se | plerumq. magis his quam iudicem prae-